

Sancti Damiani. et omnium sanctorum. quorum sollem
nitas hodie in conspectu tue maiestatis. re
veratur. domine deus noster tota in diem terrarum
et omnium sanctorum tuorum quorum meritis precibus
et orationibus. ut in omnibus protectionibus tue rem
aneamus auxilio. **I**n eundem christum dominum nostrum.
Ante igitur oblationem servitutis nostre.
et cuncte familie tue. **Q**uesumus domine. ut pla
cens accipias. dies quoque nostros in tua pace di
cas. atque ab eterna damnatione nos tri
lectorum tuorum iubeas grege numerari. **P**
dominum nostrum. **Q**uia oblationem tuam iuris
omnibus que. benedicta. **A**ssumpta. **R**
rationabile. acceptabile opus face
ris. ut nobis. corpus. **E**t sanguis. **R**
delectissimi filii tui domini nostri ihesu christi

MS 612

Sammelband

Ausg. 1. Teil

73.
Programma

AD STUDIOŒAM
Iuuentutem

IN INCLYTÄ ACADEMIÄ IVLIS

FESTO PEN-
TECOSTES

P. P.



HELMÆSTADÏ
Typis heredum Iacobi Lucij, Anno

M DC XXI

Prorektor Academiae Iuliae Ioannes Stuckius
IC. Potentissimi Brunsvicensium Ducis consi-
liarius & in eadem Iulia Facultatis Iuridicae Ordinari-
us & pro tempore Decanus, &c. Studiosae
juuentuti, S.D.

HX antiqui foederis festis duo in
Christianâ ecclesiâ permanse-
runt, inde vsq; ab eius incunabu-
lis celebrata, Pascha videlicet ac
Pentecoste. Et initio quidem, nondum dele-
tis vrbe & templo, vt infirmorum teneritati
consulerent, & Iudæos eò commodiùs lu-
crifacerent, non detrectabant Apostoli fe-
sta cum Iudæis secundum legem Mosaicam
frequentare. Quum igitur diebus solenni-
bus confluente vndiq; populo occasio esset
propagandi euangelij, *festinabat* aliquando
Paulus, *vt, si fieri posset, Pentecosten ageret*
Hierosolymis. Sicut autem Pascha in memo-
riam Domini ædes sanguine signatas præ-
tergressi & liberationis ex Aegypto institu-
tum fuerat: ita Pentecoste, quæ festum quo-
que septimanarum dicta est, post finitam
messem, vt gratiæ Deo agerentur, celebraba-
tur,

Act. 20, 16

Ex 23, 16.
Levit. 23, 16.
Deut. 16, 10
& 16,

tur. Quum verò iam eversum esset templū,
& vrbs solo æquata, nulla erat ratio, quare
solennitates Mosaicæ diutius observaren-
tur: quin imò observari non poterant, quòd
edixisset Dominus, ne alio, quàm quem ipse ^{Deut. 16, 7.}
elegisset loco, peragerentur. Christiani ta- ^{1, 11, 15.}
men, vt diximus, abrogatâ re qualis pridem
fuerat, & obligatione, quam lex Mosaica
intulerat, suum sibi Pascha & Pentecosten
retinuerunt, servatis pristinis adpellationi-
bus, quòd præter analogiam, quæ his cum
illis intercedit, dies convenirent & in idem
anni tempus inciderent. Nam primo vere
quum Iudæi suum Pascha celebrarent, iti- ^{1. Cor. 5, 7.}
dem pro nobis, nostrum Pascha Christus
immolatus est; nec tantùm propter offensas
nostras immolatus, verùm etiam ad nostri
iustificationem suscitatus est. ^{Rom. 4. 25.} Quadrage-
simo autem die *ἀπὸ δευτέρας τῆς Πάσχα*, quâ videlicet
ipsâ primitijs frugum offerendis destinatâ
Dominus resurrexerat, & quam numero
includi oportet, sursum receptus est in
cælos & consedit ad dexteram Patris: in-
de die decimo Apostolos suos, vti promi-
serat

ferat, induit virtute ex alto, sanctoq; Spiritu
baptizavit; & die eodem, nullâ interiectâ
morâ, per illos iam à Spiritu Dei sufficienter
institutos & instructos, Evangelium publi-
cè & palàm fecit prædicari, novumq; fœdus
solenniter promulgari. Decimus autem ab
adscensione erat quinquagesimus à resurre-
ctione sive *ἀπὸ δευτέρης τῆς Πάσχα*, festus Iudæis ob
peractam messem; à septem septimanis, quæ
inter ipsum & alterum Paschæ intererant,
titulo Festi septimanarum celebris; ob nu-
merum verò dierum Pentecoste dictus ab
Hellenistis. Attraxerat ea solennitas, vna
ex tribus, quibus vniversos Iudæos Hiero-
solymas venire Deus iusserat, ingentem ho-
minum multitudinem: prædicationem e-
nim Apostolorum plurimos testes habere,
& promulgationem novi fœderis quàm
maximè illustrem esse oportebat. Rectè
verò alicubi Augustinus: *Deo beneficiorum
eius solennitatibus, festis, & diebus statutis dica-
mus sacramusq; memoriam, ne volumine tem-
porum ingrata subrepat obliuio.* Beneficium
itaq;

10 de Civit.
Dej. c. 4.

1870



itaq; tam grande, quod die, de quo diximus,
in ecclesiam & vniversum orbem divinitus
collatum fuit, nos Christiani nostrâ Pente-
cofte recolimus & celebramus; &, vt loqui-
tur Leo, quem magnum vocant, *hanc solen-*
nitatem in præcipuis festis esse venerandam, o-
mnium Catholicorum corda cognoscunt. Ma-
nifestum autem est nostræ cum Iudaicâ Pen-
tecofte cognationem nullam intercedere,
nisi temporis & hinc derivati nominis, &, si
eam addere libeat, analogiæ. Est sententia
auctorum, quos modò laudavimus, Augu-
stini & Leonis, vno eodemq; die, quinqu-
agesimo videlicet post Pascha, & olim per
Mosen promulgatam fuisse legem, & postea
per Apostolos publicatum esse evangelium,
datumq; solenne initium ecclesiæ novi fœ-
deris. Sed, ne quid dissimulemus, è sacris
litteris evidenter & exactè id colligi nequit.
Nihil tamen obstat, quò minus Augustini
supputatio hoc loco legatur. *Numerus, ait,*
à quartodecimo primi mensis die, quo factum
est Pascha, usq; ad diem tertium tertii mensis,

Serm. i. de
Pentec.

Ep. 119. c. 16.

Num. 33, 3.

Ex. 19, v. 1, 3,

8, 9, 14.

Et invenies XVII dies primi mensis, XXX se-
cundi, tres tertii, qui sunt quinquaginta. Te-
statur quidem scriptura, egressos esse Israëli-
tas ex Aegypto postridie comesti Paschæ,
decimoquinto die mensis primi, & tertio
mense suæ profectiois, eo ipso die, primo
sine dubio tertij mensis, in desertum Sinai
pervenisse: inde Mosen ad Dominū in mon-
tem semel atq; iterum adscendisse, & alterā
vice descendentem iussu Domini populo e-
dixisse: *Estote parati in diem tertium.* Sed Au-
gustinus singulis mensibus solidos tribuit
triginta dies, quod à lunaribus, qualibus Iu-
dæi utebantur, alienum est; & sumit tam-
quam certum, quod tamen neq; scriptura
dicit, neq; admodum probabile deprehen-
ditur, Mosen ipso illo, quo in desertum ve-
nissent, die, post colloquia cum Deo habita
edixisse, vt se in diem tertium populus para-
ret. Quidquid autem sit, si non eodem pror-
sus die, circa idē tamen anni tempus, nō nisi
exiguo discrimine vel interstitio, & lex fuit
promulgata, & ab Apostolis Spiritu Sancto
reple-

pletis evangelium cepit prædicari. Neque
quicquam obstat, etiamsi Augustini suppu-
tatio laboret, quò minus promulgationem
legis in quinquagesimum illum ^{ἀπὸ δευτέρας τῆς}
^{νάξας} diem cadere potuisse adferamus. Primo
enim mensi supersunt dies XV; secundum
habere oportet XXIX: quòd si ab adventu
in desertum tres dies loco castris capeffen-
do & tentorijs figendis impensi, & quarto
demum parasceve legi post triduum excipi-
endæ indicta fuerit, (& scriptura, licet haut
adfirmet fuisse, non tamen prohibet, ne fu-
isse existimemus) in Pentecosten promulga-
tio legis inciderit. Neq; verò improbabile,
voluisse Deum, vt quâ die lex esset lata, &
vetus pactum cum populo Iudaico initum,
eadem Spiritus sanctus in Apostolos effun-
deretur, novumq; foedus eorum ministerio
& publicâ prædicatione evangelij palàm fi-
eret; atq; ita lux vna & eadem cum lege tum
evangelio, nec non promulgatione vtriusq;
pacti consecraretur. Et hac ratione qua-
drabit, quod scitè scripsit Augustinus: *Occi-*

ditur

Ep. 119.




ditur ovis; celebratur Pascha; & interpositis
quingenta diebus datur lex ad timorem,
scripta digito Dei. Occiditur Christus, qui
tamquam ovis ad immolandum ductus est; ce-
lebratur verum Pascha; & interpositis quin-
quaginta diebus datur ad caritatem Spiritus
sanctus, qui est digitus Dei contrarius homini-
bus sua quarentibus. Sed hæc & alia *μεγαλεία τε*
οἷς hisce imminentis Pentecostes diebus do-
ctè & dextrè explicabunt viri eruditi & di-
serti; quibus vos, Cives academici, pietati,
litteris & virtuti dediti adolescentes, adten-
tè operam dabit; ebrietatem & crapulam,
& quæ hinc nascuntur, petulantiam & lasci-
viam procul habebitis: id autem vnum age-
tis, vt animi quoq; vestri sint templa Spiri-
tus divini, & vobis vestrisq; conatibus, di-
ctis, factis propitius adspiret, *sine cuius nu-
mine, nihil est in homine.* Etiam *beneficentia &*
communicationis ne obliuiscimini: nam talibus
victimis delectatur Deus. Valete P. P. in
acad. Iuliâ. clō Iō cXXI.
XIV. Kl. Iun.

V 17



innumeris gratiis et benedictionibus hanc
viam. hanc **X** innumera hanc sancta **X**
innumera illibata. **X** in primis que tibi
innumus pro ecclesia tua sancta catholica
innumificac custodie. adiuuare. et regere
innumus toto orbe terrarum. una cum familia tua
innuma. Rege. innumo **S** familia nostra **S** et omni
innumo orthodoxis catholice et apostolice fidei
innumo toribus. **M**emento dñe famulorum famu
innumo rum tuarum. **S** et omni circumstantium quorum
innumo fides cognita est. et nota deuotio pio quibus
innumo tibi offerimus. et qui tibi offerunt hoc
innumo sacrificium laudis pro se suis et omnibus pro
innumo ratione animarum suarum. pio spe salutis. et
innumo incommunitatis sue tibi reddunt vota sua
innumo eterno deo uiuo et uero **O**mnium





Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow



Red

Magenta

White

3/Color

Black



PEN-
TES



Lucij, Anno

na
OSAM
IVLIA

